



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

Christopherson, John

[Köln], 1569

De imperatore Iustino primo. Caput I.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12718

111

EVAGRII SCOLASTICI, ECCLESIASTICAE HISTORIAE LIBER

QVARTVS.

De imperatore Iustino primo. Caput I.



Ostquam Anastasius ex corporis ergastulo ad præclarium domicilium, uti dixi, demigravit, Iustinus genere Thrax, nono die mensis Panemii, qui à Latinis Iulius nominatur, anno autem quingentesimo sexagesimo sexto ex eo tempore, quo vrbs Antiochia primum illud nomen accepit, purpura vestitur imperatoria, & à militibus prætorianis, quibus ante, cum esset præfectus ordinum aulicorum, præfuerat, imperator declaratur. Qui quidem ad istam imperatoris dignitatem præter omnem spem propterea ascendit, quod multi & præstantes viri, cum Anastasio cognatione coniuncti, adhuc superfuerunt: qui cum omnibus rebus, quas prosper & beatus vitæ status postulat, abundare videbatur, tum eam consecuti potentiam, quæ homines in tā amplo honoris gradu locare possit.

De Amantio Eunuchò & Theocrito, utque Iustinus illos trucidauerit.

Caput II.

PER idem tempus Amantius, vir potens in primis cubiculo imperatoris præfuit: qui, quoniam non licebat Eunuchò, imperio Romano potiri, cupiebat Theocrito, homini secum fide & benevolentia coniuncto, coronam donari imperatoriam. Itaque Iustino accersito, magnam pecuniæ vim ei dat: quam iubet illis distribui, qui possent purpuram imperatoriam Theocrito impetiri, & ad id præstantum ma-